Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-770700-p0001-6

~~9.17~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.
VI – j
SIGNAT. cIↄIↄCCCXIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-770700-p0002-1

262

COMMVNEM ECCLESIAE LVCTVM

AD

EXEQVIAS

VIRI

SVMME REVERENDI, MAGNIFICI, AMPLISSIMI ATQVE EXCELLENTISSIMI DOMINI,

DOMINI

IO. GEORGII NEVMANNI,

DOCTORIS THEOLOGI DE ECCLESIA PVRIORI IMMORTALI CVM LAVDE PROMERITI, IN ALMA LEVCOREA THEOLOGIAE PROFESSORIS LONGE CELEBERRIMI, EIVSDEMQVE FACVLTATIS H.T. DECANI MVLTO SPECTATISSIMI, TEMPLI OO. SS. PRAEPOSITI DIGNISSIMI, REGII ET ELECT. CONSISTORII ECCLESIASTICI ASSESSORIS GRAVISSIMI, ET ACADEMIAE BIBLIOTHECARII DEXTERRIMI,

D. XV. SEPTEMBR. A.O.R. M DCCIX.

CELEBRANDAS

PROSEQVI STVDVIT

ORDO ADIVNCTORVM.

VITEMBERGAE SAXONVM

FORMIS CHRISTIANI SCHROEDTERI, ACADEM. TYPOGR.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-770700-p0003-7

EHeu! NEVMANNVS noſtris ſubductus Athenis
Concidit, Albiaci gloria ſumma chori.
Heros ſuccumbit fatis ſuper aethera notus,
Ac toto triſtes linquit in orbe ſonos:
O crudum funus! Decus immortale Lycei
Saxonici ceſſat, firma columna iacet.
Quot Viteberga Tibi iniungit mors atra querelas?
Cur dolor et planctus ſe novat iſte tuus?
Talia quae quaeſo portendunt funera fata,
Nonne illa irati ſunt documenta Dei
HANNKENIVM merito lugens Eccleſia deflet,
Qui Sophies ſanctae nobile Lumen erat.
DEVTSCHMANNVS cecidit, germanae gloria Gentis,
Qui geſſit forti pectore bella Dei.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-770700-p0004-2

NEVMANNVS ſequitur nunc tanta columina
Pindi,
Quo maior meritis nemo priorve fuit.
Ergo erat in fatis hoc tempore linquere terram?
Et placidam tutae pacis adire domum.
Quid mirum? pia ſi iungant ſuſpiria Muſae,
Chriſtiadumque orbis mente decente fleat.
Quare ſolvite iuſta Viro, lugete Patronum,
Cumque piis lacrymis carmina moeſta date.
Linquite Parnaſſum, curſate ad Leucoris Vrbem,
Tempora vix alium ſunt habitura parem.
Splendida quem virtus dudum ſuper aſtra locavit,
Quae quoque poſt mortem laude perennis erit.
Herculeos alacris poterat ſufferre labores,
Vicerat et cunctos ſedulitate ſua.
Ingenii dotes, generoſae mentis acumen,
Iudicium magnum, ſplendida ſcripta probant.
Dogmatibus ſedem ornabat Cathedramque LVTHERI,
Sincerae veluti Relligionis apex.
Succeſſu laeto fuerant ſacra bella per Ipſum
Geſta, nec in pugna non vigil usque fuit,

Leu-

Leucoridem noſtram inſigni ſplendore beavit,
Auxiliis promptus conſiliisque potens.
Quae fuit in magnis Ejus Prudentia rebus?
Cunctis eſt notum, famaque teſtis adeſt.
Sed quis virtutum ſegetes exponere vellet
Omnes? quas nemo commemorare poteſt.
Ergo Tuam mortem cuncti deflemus acerbe,
Cogimur atque Tibi dicere triſte vale.
Noſter eras magnus Fautor ſuaſorque fidelis,
Ac ex ore Tuo commoda mille dabas
Donec erit coelum Te gloria lausque mane-
bunt
Nomen et in nobis laude ſuperſtes erit.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-770700-p0006-4

Ung. VI 1

=[Occasionalia Vol. 2.
=Funeralia K–R.]

X 2855981

WB

WB 18

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-770700-p0007-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-770700-p0008-5

262

COMMVNEM ECCLESIAE LVCTVM AD EXEQVIAS

VIRI

SVMME REVERENDI, MAGNIFICI, AMPLISSIMI ATQVE EXCELLENTISSIMI DOMINI,

DOMINI

IO. GEORGII NEVMANNI,

DOCTORIS THEOLOGI DE ECCLESIA PVRIORI IMMORTALI CVM LAVDE PROMERITI, IN ALMA LEVCOREA THEOLOGIAE PROFESSORIS LONGE CELEBERRIMI, EIVSDEMQVE FACVLTATIS H.T. DECANI MVLTO SPECTATISSIMI, TEMPLI OO. SS. PRAEPOSITI DIGNISSIMI, REGII ET ELECT. CONSISTORII ECCLESIASTICI ASSESSORIS GRAVISSIMI, ET ACADEMIAE BIBLIOTHECARII DEXTERRIMI,

D. XV. SEPTEMBR. A. O. R. M DCCIX.

CELEBRANDAS

PROSEQVI STVDVIT

ORDO ADIVNCTORVM.

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
Farbkarte #13 B.I.G.
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-770700-p0009-4